B. N. C
FIRENZE
1077
7

Digitized by Google

1077.7

Digitized by Google

Digitized by Google

TABVLAE BREVES ET EXPEDITAE IN PRAECEPTIONES RHETORICAE,

Georgij Caſſandri.

Ad lectorem Tetraſtichum.

Ars tibi dicendi paucis hoc nota libello
Lector erit, modò te diſcere culta iuuet.
Nititur orator mentes ſermone polito
Flectere: laudatur fuſus ab ore lepos.



PANORMI.

Apud Ioannem Mattheum Maydam. M. D. LXXI.

ERVDITISSIMIS ET GRAVISSIMIS VIRIS. D. CORnelio Baſdorpio, Medicinę Doct.&.D. Ioanni Clayſſonio,vrbis Brugen. Theſaurario , Georg. Caſſander.

QVod in Romanorum hiſtoria legitur, irrumpentibus in Capitolium Barbaris,canes,quorum erat inſolentē illum motum indicare latratu , conticuiſſe, anſeres verò à quibus eiuſmodi nihil expectabatur,ſtrepitu quo poterāt & clāgore,Romanam iuuētutē ad ſeſe tuendū & hoſtē repellendum excitaſſe:idem propemodùm hac noſtra tempeſtate vſu veniſſe comperimus,quū ij qui eruditionis & ſanctimonię perſonā gerūt & ad omnem cùm literarum tum morum propulſandā barbariē conſtituti videntur,tantù in abeſt vt quod ſui muneris eſt,præſtent,vt etiam humanitatē omnē & pietatē, quas tueri debeant, acerbiſsimē inſectentur: probi verò ciues quos laicos,ꝓphanos & ſeculares appellāt,adoleſcentiū ſtudia & mores,quibus à Barbaris vndiq; tenduntur inſidię,fortiſsimè tuenda ſuſcipiunt,neq; ad ſtudia tātùm capeſcēda magnis clamoribus ꝓuocant,ſed operā etiā omnem &

induſtriā ad ea iuuanda & promouenda, quod in ipſis eſt, conferunt. Quorum in albo vos eſtis viri ornatiſsimi, qui communem hanc viuendi rationem amplexi, honeſtoque coniugio copulati, atque in media Reipublicę turba conſtituti, generalis tamen illius atq; regalis ſacerdotij, cuius meminit Petrus, conſtantiſsimè munus obitis. Nam cùm priuatim tum publicè nullā amplificandę Dei glorię occaſionē prętermittitis, atque ardētiſsimū iſtuc veſtrū erga veram pietatē ſtudium, vt tempus quodque tulerit, declaratis. Quum enim ad pietatē conſeruandā nihil perinde conducat, atq; adoleſcentiā rectè inſtitui, & literarū ſtudia in ſingulis vrbibus ꝓmoueri, quanta vobis huius rei cura fuerit, prę clara atq; omnibus notiſsima argumēta demō ſtrant. Nec obſtitit quicquā iſti heroico veſtro conatui, quod in multorū illū reprehēſiones & obtrectationes incurſurū videretis, idq; quod eſt indigniſsimū, eorum, qui pietatis, ſyncerę q; eruditionis ſtudiū & fauorem apud oēs cultu atq; inceſſu, totoq; vitę genere pollicentur: ſed vicit hūc inuidētię obtrectationiſq; metū, firmiter inhęrens animis publicę vtilitatis, atq; diuinę glorię promouendę amor atq; cupiditas. Ego itaq; quū me ad hoc quod iā ſuſtineo munus, quàm immeritum aut indignum, nihil ad hunc locum attinet, optaueritis, omnibus modis adniti debeo, vt veſtrę expectationi reſpondeam. Quod equidem facere hactenus conati

ſumus,

ſumus, quamuis ingenij noſtri tenuitas multũ nobis negotij & laboris exhibuerit: quantum tamen hinc exprimere potuimus, libenter id omne in publicam vtilitatem extillauimus. Quum igitur nunc ad Rhetoricę elementa tradenda, quem in pręlegendo inſtituimus, nos ordo vocaret, tabellam hanc, exiguam quidem illam, ſed planam (ni fallor) & facilem confecimus. In qua conficienda potiſsimùm hoc nobis ſtudio fuit, vt ſeries pręceptorum & artis methodus, quaſi nuda, omniq; ornatu detracto, omnibus pateſiat, omnesq; præceptiones quaſi anſulæ catenatim ſe conſequentes atque annexæ deducerentur. Hoc quale eſt, vobis ornatiſsimi viri dicandum ſtatui. Quod quanuis veſtra ſit dignitate, iſtisq; meritis & virtutibus, tamen humanitati & modeſtię veſtrę non ingratum fore putaui. Valete. Brugis An. poſt natum Chriſtum.

M. D. XLII.

TABVLAE BREVES ET EXPEDITAE IN PRAECEptiones Rhetoricæ, Georgij Caſſandri.

QVID vocas Rhetoricē in titulo huius libelli? Præcepta quæ vulgò pueris tradūtur de ratione dicendi.

Quid igitur eſt Rhetoricē? Ars quæ docet viam ac rationem rectè & ordinatè dicendi.

Habétne hæc vox aliū intellectū? Maximè. Significat enim vim illam & facultatem, quæ Latinè Eloquentia dicitur.

In partit. Orat.

Quid eſt Eloquētia? Facultas ſapienter & ornatè dicēdi, quę meritò à Cicerone virtutibus annumeratur. ſiquidem nihil eſt aliud Eloquētia, niſi copioſè loquens ſapientia.

Anto. apud Cic. l. 2 de ora. Fab. l. 10. c. 1

Quibus rebus paratur Eloquētia? Primùm ingenio & vi naturę opus eſt, deinde doctrina & cognitiōe variarū rerū, præterea exercitatiōe & diligētia: accidit etiā imitatio excellētiū ſcriptorum, ſeu potiùs antecedit. Cicero enim & Fabius autores ſunt, exercitationē ſtyli & ſcribendi diligentiam poſt imitationem ſequi debere.

Sufficiúntne pręcepta & ars ad cōparādā Eloquētiā? Minimè. Nā vt certè Craſſus. apud Cice.

non Eloquẽtia ex artificio,ſed artificiũ ex Elo- *Lib. 2.*
quẽtia natum eſt. Quis ergo vſus eſt pręcepto- *de ora*
rum & artis?Primùm,vt imperiti ſcripta & cõ- *tore.*
trouerſias excellentiũ virorũ intelligere & iudi
care poſsint, ac poſteà ſi vſus venerit, imitari.
Deinde vt certã quandã viã ac rationẽ habea-
mus,quã in ſcribẽdo & dicẽdo ſequamur. Quã *Lib. 4*
uis enim autore Cicer.nõnulli naturâ ſine ratio *de fini*
ne dicẽdi copiam cõſequuti ſint, ars tñ eſt dux *bus.*
certior,quàm natura. Eſt & hæc vtilitas artis, *Craſſ.*
quòd quę naturâ in nobis bona ſunt, per eam *lib. 1.*
meliora fieri poſſunt: & quæ non optima, ali- *de ora*
quo modo tamen acui & corrigi poſſunt. *to.*

Quę eſt materia ſubiecta Rhetoricę?quęſtio *Mate-*
Quid eſt quęſtio?quicquid ad diſputandũ & *ria.*
dicendũ proponitur. Quot ſunt genera quęſtio *Rhet.*
nũ?Duo:quoniã alterũ infinitũ ẽ, alterũ finitũ. *Quæ*

Quæ eſt infinita quęſtio? Quæ rẽ generaliter *ſtio.*
ꝓponit,remotis ꝑſonis,tẽporibus,cęteriſq; ſi-
milibus,q̃ Gręcè à Cice.tũ cõſultatio,tũ
ꝓpoſitũ dicitur:vt,expetẽdáne ſit Eloquentia.

Quę eſt finita quęſtio? Quę rẽ ꝓponit certis
perſonis,tẽporibus, cæteriſq; ſimilibus circũ-
ſcriptã & definitã,q̃ Græcè Latinè cõ
trouerſia & cauſa vocatur:vt,Iuréne Milo inter
fecerit Clodiũ. Vtra harũ quæſtionũ potiùs ad
Oratorem ſeu Rhetorẽ pertinet? Nimirũ poſte
rior,q̃ in publico,in curia,atq; in foro, ciuiliũq;
diſceptatiõibus verſat̃. Quatenus prior ad Ora
torẽ ꝑtinet?Quia,vt eſt autor Cicero,i definito

In partit. Cice. lib. 2. de Orat.

ineſt infinitum,& omnes cauſę ad vim vniuerſi generis referuntur:quare dicenti & theſeon ſeu infinitarum quęſtionum natura cognita eſſe debet,quanuis earum tractatio dialecticorum & philoſophorum propria ſit.:quare hoc quæſtionis genus in prę́ſentia omittamus.

Genera cauſarū.

Cauſarū igitur(ſic enim hypotheſes ſeu finitas q̄ſtiones appellamus)quot ſūt genera?Tria.

Demonſtratiuū,quod cōtinet laudē & vituperationem,ſed à meliore parte laudatiuū etiā dicitur,vt Grecè Cicero in Partition.exornationem vocat.

Deliberatiuū,quod verſatur in capiendis cōſilijs:quod continet ſuaſionē,diſſuaſionē hortationem,dehortationē,petitionē,conſolationē.

Iudiciale,quod verſatur in foro & explicandis cauſis forenſibus:quod continet accuſationem & defenſionem.

Cic. in Par. Fab. lib. 3. cap. 4

Vnde colligitur hęc diuiſio? Ex auditorum diuerſitate. Auditor enim omnis aut auſcultator modò eſt,qui delectationē tātū quęrit: aut negocij iudex & diſceptator,qui de re propoſita ſtatuit aliquid. In demōſtratiuo genere delectatio quęritur: Deliberatio in prouiſione futuri tēporis: Iudiciū in diſceptatione pręteriti verſatur. Aliter paulò hęc tria pręcipua genera colliguntur à Fabio: Omne enim,inquit oratoris officiū,aut eſt in iudicio, aut extra iudicia. Genus id cauſę quod ī iudicio verſatur, ſimplex et manifeſtū eſt. Quod eſt extra iudiciū, aut pręte-

Lib. 3. c. 4.

ritũ tẽpus reſpicit, aut futurũ. Pręterita laudamus aut vituperamus: de futuris deliberamus.

Etiam ne his Didaſcalicũ genus addẽdũ eſt: Magnus ſanè eſt illius vſus etiã oratori, ſed propriæ cauſę genꝰ dici nõ poteſt, quũ nõ ad cauſam; ideſt, hypotheſin, ſed potiùs ad infinitam quęſtionem, ſeu theſin referatur: niſi cauſam voces quamuis quęſtionem, de qua certâ ratione & arte diſputari vel dici conſueuit.

Quod erit igitur didaſcalicũ ſeu didacticũ genus? Quod cõtinet theſes ſeu locos cõmunes, q̃ tractãtur ſecũdũ pręcepta & locos dialecticos.

Finis Rhetorices à Anto. lib. 2. d'ora. In ora. ad Brutũ.

Quis eſt finis Rhetorices? Cùm tria ꝓpoſita ſint oratori, vt doceat ſeu ꝓbet, vt delectet ſeu conciliet auditorũ aĩos, vt impellat & moueat: Tertius hic ꝓprius illius eſſe finis videtur: ſiquidẽ delectare cũ ſophiſtis illi cõmune eſt, docere à dialecticis & philoſophis penè mutuatur.

officiũ orato.

Quod eſt officium oratoris? Dicere, hoc eſt accõmodata vti oratione ad perſuadendũm, & concitandos animos auditorum.

Inſtrumẽtũ orato.

Quod eſt inſtrumẽtũ pręcipuum? Oratio. Quotuplex eſt oratio? Duplex. Altera conciſa, hoc eſt, mutuis interrogatiõibus & reſpõſionibus Philoſophorum, quę & Dialectice dicitur:

Fab. li. 2. c. 21. Cice. lib. 2. de finib.

Altera perpetua, qualem videre eſt in orationibus & declamationibus oratorum, quæ Rhetorice vocatur, quãuis perpetuá oratione Philoſophi nonnunquam vtantur.

Quomodò aliter orationẽ diuidis? In ęquabi

lem,

lem, quietã, & temperatã, ac quotidiano ſermõ ni p̱ſimilem, qua philoſophi & dialectici vtũtur. qui ſermo dicitur. & ſublimẽ, violẽtam, cõcitatam, ornatã, copioſam, quæ Rhetorũ p̱pria eſt, vocaturq; à Cicerone tũ cõtentio, tum oratio. Quãuis enim, inquit, omnis locutio oratio eſt, tamẽ vnius oratoris locutio, hoc p̱priè ſignata eſt nomine. Habẽt & ſophiſtę & hiſtorici & poëtæ peculiare ſibi quiſque orationis genus, à Rhetoricę orationis vi & ſublimate ſeiunctum.

Lib. 1. off. In orat.

In orat.

Partes oratio.

Quot ſunt partes orõnis? Sex, Exordiũ, Narratio, Propoſitio, Confirmatio, Confutatio, Peroratio.

Vnde colligũtur hæ partes? Ex tribus orõnis finibus. Oratio enim omnis aut ad docẽdũ ſeu p̱bãdum, aut ad cõciliãdũ, aut ad p̱mouẽdum inſtituta eſt. Ex partibus igitur orõnis, cõfirmatio ad rẽ docẽdã valet: quam comitãtur narratio, vt quę ſit ſedes ad fundamẽtũ conſtituẽdę fidei: & propoſitio, quæ Fabio aliud nihil eſt, quàm confirmationis initium: & confutatio, cuius eadem quæ cõfirmationis ratio eſt. Exordium verò ad conciliandos animos: peroratio ad impellendos præcipuè pertinet.

Cic. in par. Fab. l. 4. c. 4

Partes Rhetoricis.

Quot ſunt partes Rhetoricę? Tres, inuentio, Diſpoſitio, Elocutio: quibus à veteribus adduntur duo, Memoria & Actio ſeu Pronunciatio, quę parum ab arte iuuantur.

Quomodo has partes colligis? quia duo sũt, è q̃bus cõſtat oĩs oratio, res & verba. Res quaſi

ſedes

ſedes & fundamentum eſt verborum, verba autem rebus lumen & ornamentum præbent. Inuenire propriè in rebus dicitur, vt autor eſt Cicero: in verbis Eloqui: Diſponere autem ſeu collocare, quamuis vtrique commune eſt, ad inuentionem tamen magis refertur. *Cic. 3. de oratore. In partit.*

Quomodò diuidis hęc p̄cepta Rhetorices? Ex ordine partiū, vt primū de inuentione, mox de diſpoſitiōe, vltimo loco de elocutiōe dicamus. *Diuiſio huius opuſculi*

DE INVENTIONE.

QVid eſt Inuentio? Eſt earum rerum quæ ad cauſam obtinendam pertineant, certis è locis deprehenſio.

Quid eſt locus? Locum Dialectici vocāt ſedē argumentorum. Argumentum autē rationem, quę rei dubię faciat fidem. Argumentis autem in confirmatione & confutatione pręcipuè vtimur, quę ad probandum, ſeu fidem faciendam deſtinatę ſunt. Rhetorica autē inuentio etiā cōciliationē & motū animorum ſpectare debet: ad conciliandum & mouendum pręcipuè affectus adhibentur: ad docendum, argumenta. *Locus ī top. Argumētū.*

Quid igitur hîc locum appellas? Omne id vnde tanquam ex nota & indicio, occaſio & materia dicendi ſumitur.

Qui ſunt igitur loci inuentionis? Ij variantur ad diuerſas partes orationis.

Quot ſunt partes orationis? Sex, quæ ſuprà enumeratę ſunt.

Quid eſt exordiū? Initiū orationis, ī quo au-

neuolentiam capimus? Primùm ſi officiũ noſtrũ citra arrogantiã cõmemoremus,vel cognationis,vel amicitię,& maximè Reipub. vel ſi alia quapiã honeſta cauſa,vt liberalitatis,iuſtitię fidei,nos ad dicendum inductos eſſe dicamus. Deinde ſi omnẽ ſuſpicionẽ aut ſordiũ,aut odiorũ,inuidię,crudelitatis, ambitionis diluamus. Tertiò,ſi ingeniũ nr̃um& vires eleuemus,noſq; magis cauſę ęquitate & auditorũ beneuolẽtia, quàm eloquẽtia noſtra fretos eſſe cõfiteamur.

Ducũtur autẽ exordia ab actore,ſeu patrono aduerſę partis,ſed ijſdẽ penè ex locis,vt ſi nullo officio aut honeſta cauſa ad agẽdũ iductũ eſſe dicamus,ſi turpes ſuſpiciões in eũ cõgeramus, ſi eloquentiam eius & vim in dicendo metuere nos ſignificemus,& iudici ſuſpectã faciamus.

Quomodò à perſona litigatoris aut rei,beneuolentia capitur? Duobus pręcipuè locis:vno, quo dignitatẽ eius ꝓponimus, vt cùm virũ bonũ & liberalẽ eſſe dicimus:altero,quo calamitatem & infirmitatem eius explicamus,à ſexu,ab ætate,à conditione,ſi fœmina ſit, ſi ſenex,ſi pupillus,ſi pauper,peregrinus,mutus,cęcus.

Quomodò à pſona aduerſarij? Iiſdẽ ꝓpè ex locis,ſed in ipſum aduerſariũ cõuerſis.Solẽt autem hęc tria hic ſpectari,vt in odiũ, in cõtẽptionem,& in inuidiã illũ adducamus.In odiũ,ſi ſuperbiã, crudilitatẽ, & malitiã eius accuſemus. In cõtemptionẽ,ſi inertiã,negligẽtiã, ignauiã, & luxuriã eius proferamus. In inuidiã, ſi nimiã

poten

potentiam,diuitias,factiones,& opes eius commemoremus.

Quomodò à perſona iudicis ſeu auditorũ? Si illorum virtutes,ſapientiam,iuſtitiam,fortitudinẽ, ęquitatem commemoremus, eaq́; ad vtilitatẽ cauſę noſtrę coniungamus. Deinde ſi quàm honeſta de ijs exiſtimatio, quantaq́; iudicij expectatio ſit,oſtendamus.

Quomodò ab ipſis rebus beneuolentia capitur? Cùm cauſam noſtram extollimus,& aduerſarij eleuamus.

Quid attentio & docilitas,vnde ſumitur? Ab ipſa ferè cauſa.

In partit. Quibus rebus attẽtionẽ parabimus? Tribus pręcipuè,ſi aut magna eſſe cõmoſtremus de quibus dicturi ſumus,aut neceſſaria,aut cõiuncta, cum ipſis apud quos agitur. Excitabit etiã auditorẽ,ſi nos neque diu moraturos, neq; quicquam extra cauſam dicturos polliceamur.

Quomodò docilem auditorem faciemus? Si breuiter & apertè ſummam rei de qua dicturi ſumus,exponemus.

Ducuntur ſemper prœmia à perſonis & cauſis? Non,ſed non rarò ab adiunctis perſonę cauſæ? Cuiuſmodi ſunt pignora, propinquitates, amicitiæ,tempus,locus,habitus, opinio, fama iudiciorum,expectatio vulgi.

Inſinuatio Qñ inſinuatione opus eſt? In turpi & admirabile genere cauſę,& maximè ſi auditoris, vel iudicis aĩus ꝑſuaſus ab aduerſarijs,aut iã diu audiendo

dicendo defatigatus eſt.

Quid hîc erit obſeruādū? Id ꝓpter varietatē cauſarū difficulter pcipi poteſt: hoc tamē monēte Fabio, in vniuerſum pcipi poteſt, vt ab his quæ lædūt, ad ea q ꝓſint refugiamus: ſi perſona aut cauſa offendat, aliam ſubſtituamus: ſi nihil erit quod nobis ꝓſit, quærēdū erit quod aduerſariū lædat: ſi manifeſtū eſt quod offendit, aut eleuandū erit, aut transferendū, aut reijciendū.

Si perſuaſus & occupatus eſt animus, pollicebimur nos noſtras probationes allaturos, & aduerſariorum confutaturos: ſin defeſſus eſt, aut vrbanitate aliqua animos renouabimus, aut ſpe breuitatis excitabimus.

Quid eſt quod in genere ad cōciliandos animos præcipuè pertinet? Affectus.

Quid eſt affectus? Inclinatio quædam & animi commotio.

Quomodò diuiduntur affectus? In leues, ſiue mites, quę Gręcè hoc eſt, mores, quales exibentur in Comœdijs, vt amor parētum, charitas fratrum & propinquorum, fides coniugū & amicorum, verecundia, modeſtia, lætitia moderata, timiditas: & in vehementes ſeu concitatos: quę Gręcè à Cicerone perturbationes vocantur: quales Tragœdię nobis offerunt, vt ægritudo, inuidia, timor, pauor, libido.

Quibus affectibus hîc vtimur? Maximè mitibus illis & cōpoſitis: nonnūquā etiā vehemētioribus: quos tn̄ admonēte Antonio: in exordio

Lib. 3 de oratore. totos explicare nõ oportebit, ſed tãtùm impelli primò iudicem leuiter, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio.

Narratio. Quid eſt Narratio? Eſt cauſę ipſius, aut rerum ad cauſam pertinentium expoſitio.

Quæ obſeruanda ſunt in Narratione? Vt breuis ſit, vt dilucida ſeu perſpicua, & vt probabilis ſeu veriſimilis.

Quomodò breuis erit Narratio? Si non à primo initio rẽ repetamus, ſed vnde neceſſe eſt: ſi nõ in partes rẽ deducamus, ſed ſummatim cõplectamur: ſi neq; longiùs quàm opus ſit, procedamus, & ſi nihil extra cauſam dixerimus.

Aperta ſeu dilucida narratio quę eſt? Quæ fit verbis proprijs & vſitatis: in qua ordo temporum conſeruatur: in qua nihil interruptè, perturbatè, vel ambiguè dicitur.

In parti. Quæ eſt narratio veriſimilis? In qua perſonis, temporibus, locis, ea quę narrantur conſentiunt, vbi facti cuiuſq; cauſæ exponuntur, & in qua naturæ, legi, moribus, ac opinionibus hominum accommodata dicuntur.

Quid eſt Propoſitio? Oratio quæ breuiter ſtatum & ſummam totius negotij continet.

Quotuplex eſt ꝓpoſitio? Duplex, nuda & ſubiecta ratione. Nuda, qualis eſt ferè in cõiecturalibus, vt furtum obijcio. Ratione ſubiecta, Iure cæſus eſt Clodius, cùm prior inſidiatus ſit.

Quõ aliter diuidis? In ſimplicẽ & multiplicẽ. Simplex, eſt vna propoſitio. Multiplex eſt, quãdo

do plures propoſitiones proponuntur, quod ferè per partitionem fit. Nam non eſt aliud partitio, quàm plurimum propoſitionum de quibus in cauſa dicturi ſumus, enumeratio. *Partitio.*

Quid eſt confirmatio? præcipua pars orationis, quæ cauſæ probationem continet. *Cõfirmatio*

Quid eſt confutatio? Diſſolutio argumentorum, quę ab aduerſarijs obijciuntur, aut veriſimiliter obijci poſſunt. *Confutatio.*

Quomodò cauſa probatur? Argumentis.

Vnde ducuntur argumenta? Ex locis.

Quid autem ſit locus & argumentum, ſuprà dictum eſt. Eſt ne hoc dialecticorum, locos argumentorum tradere? Eſt, ſed hac in parte multa rhetores á dialecticis mutuantur: tota enim hęc pars ad docendum pertinet, qui proprius eſt finis dialecticę quãuis rhetores non pauca hoc loco inſerant, quę ad delectationem & motũ faciãt: quo fit: vt cõfirmatio rhetorũ à nudis dialecticorũ argumẽtatiõibus nõ parũ differat. *In partit. 2. de ora. ad Herẽ.*

Qui ſunt igitur loci argumentorum? Dupliciter de his tradi poteſt: vno modo in genere, & cõfuſè, vt ad nullũ cauſę genus reſpicias, quòd à dialecticis abundè & copioſè fit, quãuis Cicero nec hãc locorũ tractationẽ omiſerit, ꝙ & Fabius ſecutus eſt, ſed nos lectorem ad dialecticos remittimus. Aliter loci ad vnum quodq; cauſę genus accommodari poſſunt, quod à rhetoribus fieri cõſueuit, & hac ratione loci rhetorici à dialecticis differunt, cũ reuera ijdẽ ſint. *De inuẽ. Fb. l. 5 Vide boetiũ ſub finẽ li. 4. de diffe. Topicis.*

Quot ſunt cauſarum genera? Tria, quæ ſuprà enumerata ſunt, Demonſtratiuum, Deliberatiuum & Iudiciale.

Loci generis demonſtratiui. Quis eſt finis generis Demonſtratiui? Honeſtas & turpitudo.

Quæ materia? Varia: laudantur enim & vituperantur perſonę, regiones, vrbes, loca, tēpora, animātia, plantę, facta, conſilia: ſed frequentiſſima eademq́; vtiliſsima eſt laus perſonarum.

Qui ſunt loci confirmationis in laudandis perſonis? Confirmatio in hoc genere eſt quaſi perpetua quędā narratio, conſtans amplificatione virtutū & vitiorū, bonorū & malorū: quare loci in hoc genere ad ornandū & amplificandum potiùs quàm adprobandum, adhibētur.

Li. 3. ca. 9. Quem ordinem hîc ſequemur? Optimè parebimus conſilio Fabij, qui monet vt diuidamus narrationem in tria tempora, ante vitam, in vita, poſt mortem. Ante vitam conſiderantur hi loci: Natio, patria, parentes, maiores, nonnunquam reſponſa & auguria. In vita, ſi libet, laudem partiemur in bona animi, corporis, & fortunę. Corporis & fortunę bona non habēt in ſe veram laudem, ſed quatenus his rectè aliquis aut ſecus vſus eſt, laudatur aut vituperatur.

Ex animi bonis ſolida laus eſt, & rectè factis: in quibus explicādis ſequemur aut ætatis & rerum geſtarū ordinem, aut diſtributionem virtutū. Poſt mortem ſunt honores diuini, decreta, ſtatuæ, ingeniorum monumenta.

Quomo

Quomodò regiones, vrbes, & loci laudantur? Simili ferè modo, à vetuſtate, à conditoribus, à munitione, à ſitu, ab opulētia, ſalubritate, legibus, inſtitutis, ciuibus, & ingenijs incolarū. Factiſ ijdē ferè loci ſunt qui generis deliberatiui: itē & rerum, niſi quòd hîc difficultas non rarò vel maximè ad laudem pertineat.

Quis eſt finis deliberatiui generis? Vtilitas vel potiùs dignitas, vt ſentit Antonius apud Ciceronem: quod & Fabio magis placet. *Loci generis deliberatiui.*

Qui ſunt loci cōfirmationis? Honeſtū, vtile, facilè, qbus addas, licet, & neceſſariū: ſub quibus cōprehēduntur magnū, iucundū, tutū. *Lib. 2 de oratore.*

Honeſtas quę maximè tractatur arte, ſumitur ex legibus, natura, & virtutum finitionibus quę pertinent ad cauſam efficientem. *Lib. 3. ca. 10*

Vtilitas & facilitas magis ſunt vtilitas ſi obuia fuerit, erit exaggerāda & amplificāda.

Facilè & poſsibile in circūſtantijs poſitū eſt.

Neceſſarium eſt non ſolùm quod aliter fieri nequit, ſed autore Cicerone, quod permagni intereſt, pro neceſſario ducitur. *In partit.*

Plurimū autem in hoc genere valēt exempla

Quis eſt finis generis Iudicialis? ęquitas.

Qui ſunt loci confirmationis in hoc genere? Varij, ex ſtatùum diuerſitate. *Loci iudicialis generis.*

Quid eſt ſtatus? Eſt principalis quęſtio ſeu ꝓpoſitio, quæ continet ſummam negocij, ad quā omnia argumenta referenda ſunt, velut ad principalem concluſionem.

Vnde naſcitur ſtatus? Ex intẽtione accuſatoris,& depulſione defenſoris. Doce exẽplo. Interfeciſti Clodiũ, Intẽtio eſt: Interfeci, ſed iure, Depulſio. Quęſtio, iuréne interfecerit Clodiũ Milo: quæ eadem & conſtitutio ſeu ſtatus eſt, quatenus orator eam ſibi probandam ſumit.

Quid pręter ſtatum obſeruandum eſt? Vnus aliquis pręcipuus ſyllogiſmus, quem ferè quælibet controuerſia continet.

Quæ dant nomina Rhetores huius ſyllogiſmi partibus? Status eſt concluſio: eſt enim concluſio propoſitio principalis poſt argumentationem repetita.

Reliquarũ verò ꝓpoſitionũ ea de qua dimicatio ẽ: & qua ꝓbatã cõcluſio fit plana: vocatur Grȩcis: Latinis Iudicatio: ſeu diſceptatio.

Altera verò quę manifeſta eſt, & ꝓbatiõe vix eget ſeu ratio dicitur, quòd ea primùm occurrat ad cõcluſionem, ſeu ſtatum ꝓbandũ.

Probatio verò Iudicationis dicitur Latinè cõtinens, ſeu firmamẽtum, quòd omne robur totius confirmationis ex ea dependeat.

Da exemplum in cauſa Miloniana.

Propoſitio principalis ſeu ſtatus cauſæ eſt: Milo iure interfecit Clodium.

Ratio, inſidiatorem ius eſt occidere.

Iudicatio, Clodius inſidiatus eſt Miloni.

Cuius probatio ſeu cõtinẽs ſumitur à varijs coniecturis. Conficitur ergo hic ſyllogiſmus.

Propoſition. Ratio, Inſidiatorẽ ius ẽ occidere

Aſſum.

Aſsūptiō. Iudicatio, Clodius Milōi inſidiatus ē.
Concluſion. Status, Clodius iure cęſus eſt.
Quot ſunt formę ſtatutuum? Tres.
Quomodò eas diſcernis? Per quæſtiones.
Quot ſunt quæſtiones? Tres. An ſit, vnde naſcitur ſtatus coniecturalis:
Quid ſit, vnde ſtatus legitimus:
Quale ſit, vnde ſtatus iuridicialis.
Quis eſt ſtatus coniecturalis? Cùm de facto controuerſia eſt.
Quos locos habet hic ſtatus? Duos, voluntatem, & facultatem.
Quot ſpecies habet volūtas? Duas, impulſionem, cùm ab odio tanquàm efficiente cauſa: & ratiocinationem, cùm à ſpe tanquam à cauſa finali argumenta ducimus.
Quibus ex rebus facultas ſpectatur? Ex ſignis, quæ ſunt antecedentia, conſequentia, vel adiuncta: & circūſtantijs. Huc pertinent teſtes, chirographa, confeſsiones: & cætera.
Qui ſunt proprij loci confutationis in hoc ſtatu? Confutatio, eſt argumentorum diſſolutio. Tribus autem modis ſoluuntur vitioſa argumenta: aut enim peccatum eſt in forma, & reprehenditur conſequētia: aut in materia, in qua aut ambigua aſſumūtur, quę explicātur diſtinctione: aut falſa, quę iuſtificatione diluuntur.
Sūt autē iuſtificationis loci ijdē qui cōfirmatiōis: ſed cū hîc acerrim' cōflictus ſit circa ſigna duo peculiares sūt loci defenſoris ad cōtrariā i

terpretationem ſignorum.

Inuerſio, cùm ſignum obiectum non contra nos, ſed pro nobis facere dicimus: vt, ſepeliſti, ergò occidiſti: imò ſi occidiſſem, nō ſepeliſſem

Abſolutio, cùm aliter ac aduerſarius, ſignū interpretamur, vt ſepelij, non conſcius mihi cędis, ſed ductus miſericordia.

Status legitimus. Craſſus apud Cicero. Quis eſt ſtatus legitimus? Quando controuerſia exiſtit ex interpretatione alicuius legis aut ſcripti: cuius eſt pręcipua quęſtio, quid ſit.

Quæ ſunt huius ſtatus ſpecies? Definitio, cōtrariæ leges, ſcriptum, & ſentētia: Ambiguum; Ratiocinatio, Tranſlatio.

Quid eſt definitio? Cùm de nomine facti quęritur, vt quid ſit tumultus: huius ſtatus ijdem ſunt loci, qui didactici generis.

Quis eſt ſtatus contrariarum legum? Cùm duę leges aut ſententię videntur ſibi aduerſari aut caſu aliquo colliduntur.

Exemplum prioris: In viam gentium ne abieritis. Et, Ite, docete omnes gentes.

Poſterioris: diliges dominum Deum tuum. Et, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Colliguntur, ſi magiſtratus iniuſtū præcipiat.

In hoc ſtatu obſeruādę ſunt quatuor regulę.

Lex inferior cedit ſuperiori.

Lex generalis, ſpeciali.

Lex humana, diuinæ.

Lex vetus, nouæ.

Quis eſt ſtatus ſcripti, & ſententiæ? Cum ex ſcripto abſurdi aliquid exiſtit aut ambigui, quare aliud voluiſſe ſcriptorem ex ęquitate colligimus: vt, Vende omnia quæ habes: Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt, & c.

Confirmatio voluntatis, vel ex alijs locis clarioribus, vel ex æquitate & natura ſumitur.

Quid eſt ambiguum? Cùm dictio aliqua aut oratio ſcripti plura ſignificat, Vt: Non cognouit eam donec peperit.

Iudicantur ambigua aut ex phraſi & figuris, aut ex ipſis artibus vnde ſumuntur.

Quis eſt ſtatus Ratiocinatiuus? Quando res quę non habet propriam legem, iudicatur ex aliqua lege propter ſimilitudinem, vt Qui interfecerit patrem, culeo inſuatur: matrem qui interfecit, eadem pœna plectendus videtur.

Licet habere magiſtratus & iudices, licet ergo litigare, & cauſas agere.

Quid eſt trãſlatio? Cùm reus litẽ detrectat, quod aduerſarius nõ ritè agat. Iuriſcõſulti exceptionẽ vocãt, vt ſi q̃s debiti aliquẽ appellet ante tempus, aut plus petat. Si accuſetur patronus à liberto, aut vocetur quis ad iudicem non ſuũ.

Quis eſt Iuridicialis? Qui naſcitur ex quæſtione, quale ſit, & diſputat vtrùm rectè an ſecus aliquid factum ſit. *Status Iuridicialis.*

Qui ſunt loci confirmationis huius ſtatus? Natura, lex, conſuetudo, æquitas ſeu æquum, bonum, iudicatum, pactum.

Qui sũt loci inficiatiõis? Iidẽ q̨ cõfirmatiõis

Qui ſunt loci ꝓprij defenſoris? Defenſori duplex eſt ſtatus, abſolutus & aſſumptiuus.

Abſolutus, cùm iure eſſe factum dicimus:

Aſſumptiuus, cùm defenſio per ſe infirma eſt, ſed aſſumpta extranea re, iuuatur.

Qui ſunt loci ſtatus aſſumptiui? Conceſsio, Translatio criminis, Comparatio, & Remotio.

Quid eſt Conceſsio? Cùm reus poſtulat ſibi ignoſci.

Quæ ſunt huius partes? Duæ, Purgatio, & Deprecatio.

Purgatio:ẽ cũ negamus dolo factũ eſſe: cuius rursũ partes, Fortũa, Imprudẽtia, Neceſsitudo

Deprecatio eſt, cùm ſimpliciter miſericordiam petimus.

Quid eſt translatio criminis? Cùm nos aliorum peccatis coactos dicimus.

Quid eſt Cõparatio? Cùm ex duobus neceſſarijs id feciſſe nos dicimus, quod erat ſatius.

Quid eſt remotio criminis? Remotio criminis hoc à Translatione diffet, quòd illic crimen transferimus, quaſi retorquemus in illum, à quo aut propter quem accuſamur.

Hîc autoritate aut iuſſu alicuius perſonę, aut legis, inductos nos fuiſſe dicimus.

Peroratio. Quid eſt peroratio? Extrema pars orationis.

Quibus rebus conſtat Peroratio? Enumeratione, & affectibus.

Quid eſt enumeratio? Potiſsimorũ argumẽtorum

rum breuiter & ſummatim comprehenſio, quæ Grecè

Quibus affectibus in hac parte vtimur? Vehe mẽtibus illis q̃ mouẽdis & impellẽdis animis adhibentur, quę Grecè vocari diximus.

Quomodò hi affect⁹ diuidũtur? quòd alij ad miſericordiã ſpectãt, Grecè alij ad indignationẽ, q̃ Grecè vocãtur: quorũ miſeratio reo eſt neceſſaria, indignatio accuſatori.

DE DISPOSITIONE.

QVid eſt Diſpoſitio? Eſt apta partium orationis & locorum ſeu argumentorum diſtributio. Quotuplex eſt Diſpoſitio? Duplex. altera eſt partiũ orationis quas ſuprà ſex eſſe diximus: quę rurſum duplex eſt: Vna, quã ars ipſa & rerũ natura adfert, vt primo loco ſit exordiũ, inde narratio. Altera, quę oratoris iudicio relinquitur: incidũt enim nõnũquã cauſę, in q̃bus prętermiſſo exordio, à narratiõe aut firma aliqua argumẽtatiõe incipiẽdũ eſt: vel vbi narratio exordio & cõfirmatiõi meliûs ſubijcitur. Non raro etiã cõfutatio confirmationẽ p̃cedit. Alia ẽ diſpoſitio locorũ & argumẽtorũ, quorũ in cõfirmationibus & cõfutationibus p̃cipuus vſus eſt. Nõnihil tñ in exordijs erit obſeruãdũ.

Quid obſeruãdũ eſt in exordijs? Id totũ ferè pẽdet ex varietate cauſarũ, & Oratoris iudicio. *Llib. 2. de Orat.* Nec facilè pręcipi poteſt vnde exordia ſumẽda ſũt, ſed ex gener̃ cauſę exordiẽdi ratio petẽda ẽ quare Antõius apud Cic. totius cauſę natura p̃

ſpe

ſpecta vltimo ſe loco de exordio cogitare ait.

Eſt ne tamen aliqua hîc collocãdi ratio? Eſt. Ferè.enim initio ponitur exordij ꝓpoſitio, quã Græci vocãt. Hinc ſequitur ratio ꝓpoſitionis, quę duo Enthymema ſed inuerſum cõficiunt. Deinde ꝓbatio alia, aut amplificatio, aut aduerſatiua. Gręci ſubiungunt quæ eſt concluſio Enthymematis: quæ quum ſenſu eadem ſit cum propoſitione, tamẽ verbis & figura orationis nonnihil variari debet. Vltimo loco eſt ſeu petitio.

Quomodò diſponũtur loci cõfirmatiõis? Nec id pceptis tradi poteſt. Antonius autẽ monet, vt primo & nouiſsimo loco firmiſsima argumẽta collocẽtur, mediocria verò ĩ mediã turbã cõijciãtur. Id quod & autor ad Herẽniũ præcipit.

DE ELOCVTIONE.

QVid eſt elocutio? Eſt idoneorum verborum & ſententiarũ ad rem inuentã accommodatio, Gręcè dicitur. Hæc eſt pręcipua & maximè propria Rhetorices pars, quę pręceptis & arte multum adiuuatur.

Quomodò diuidis elocutionẽ? In ſermonẽ Grammaticum, hoc eſt Latinum & planum: in figuras, & in amplificationes.

Quomodò hę tres ſpecies ad orationẽ accõmodãtur? Quia oĩs orõ vel ad docendũ tãtũ inſtituta eſt, vel ad delectandũ, vel ad concitãdũ.

Hinc oriuntur tres figuræ, ſeu characteres, & dicendi genera.

Quæ ſunt hęc tria dicẽdi genera? Sũmiſſum ſeu

extenuatum, quod in orationibus Atticum dicitur: quo in familiari ſermone & philoſophorum diſputationibus vtimur: cuius eſt finis docere: quare Latino ferè & dilucido ſermone cõtentum eſt, & ſchemata parciùs adhibet. Mediũ ſeu mediocre, q̃ ad delectationem potiſsimum refertur: qualis erat olim oratio ſophiſtarum. Huic ornamenta & figuræ conueniunt.

Tertium eſt grande & ſublime, cui rapere & inflammare animos propoſitum eſt.

Ex his tribus generibus maximè ſpectatur Eloquentia. Is enim, inquit Cicero, eloquens eſt, qui humilia ſubtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè poteſt dicere. *In orator.*

Quomodò obſeruatur ſermo Grammaticus? Si curemus vt Latina & perſpicua ſit orõ.

Quomodò id efficiemus? Primùm, ſi vitemus vitia Latinitati & perſpicuitati contraria. Deinde, ſi figuras obſeruemus, quæ conſeruãt puritatem ſermonis, & lucem addunt.

Latinitati quę vitia aduerſantur? Barbariſmus, q̃ eſt in verbis ſingulis, vt auiſare: & Solœciſmus, q̃ eſt in coniunctis, vt murmur multus.

Quę perſpecuitati? Cacophaton, homœologia, macrologia, pleonaſmus.

Figurã q̃d vocas? Omne id quod pręter vulgarẽ modũ oratio quaſi comitur & inſignitur. *Figura.*

Quomodò figura diuiditur? In Tropos & Schemata, quæ propriè figurę dicuntur.

Quotuplicẽ facis ordinẽ figurarũ? Triplicẽ,

vt cum ſuperiore Elocutionis diuiſione conueniat. Primus ordo ad grāmaticos, pertinet, vt Tropi & confirmationes verborum.

Secūdus cōtinet figuras ſentētiarū, eas quibus ornat oro,quas ſupra figuras appellauim⁹.

Tertius ꝓpriè ad oratorē ꝑtinet. Huc referunt figuræ q̄ augēt orationē, & ampliorē efficiunt.

Quid eſt Tropus? Quū vox à ꝓpria ſignificatione ad rem ſimilem aut vicinam conuertitur.

Quotuplex eſt tropus? Oīs tropus aut eſt in ſingulis verbis, aut eſt in tota orone. Da tropos prioris generis. Traslatio Ferreū pectus.

Tranſumptio Pallida mors.

Synecdoche, comprehenſio ſeu intellectio. Mucro pro gladio. denominatio, vt Martem belli eſſe communem.

pro nominatio: Poëta pro Homero.

Catachreſis, abuſio. Parricida, pro eo qui ꝓpinquum occidit.

Onomatopœia, nominis fictio: Bombarda, Taratantara, Grunnire.

Da tropos poſterioris generis.

Latinis Inuerſio, quum aliud verbis, aliud ſenſu ſignificamus. Ne obijcias margaritas porcis. Hæc ſi vſu trita ſit, dicitur, Laterem lauas.

Quæ ſunt huius ſpecies? (to

Aenigma, alegoria obſcurior: Dimidiū plus to

Ironia, quæ contrarium verbis indicat: Verres homo ſanctus & diligens.

Sarc-

Sarcaſmos,hoſtilis irriſio.En agros,& quam bello.Troiane petiſti.

Mimeſis,quum alterius geſtũ aut verba imitamur.Apud Paulum:Ne attingite, ne guſtate.

Huc referri poſſunt Apologi, vt Aeſopi, & fabulę poëtarum,quarum interpretatio dicitur.

FIGVRAE VERBORVM.

QVid eſt figura,ſeu ſchema? Eſt quaſi geſtus quidã orationis,in quo non eſt neceſſe mutare ſignificationem vocum.

Quotuplex eſt ſchema? Duplex hoc eſt,dictionis ſeu verborum:& id eſt,ſenſus,vel ſententiarum.

Quid intereſt inter has figuras?Quòd verborum figura tollitur,ſi verba mutaris: ſententiarum manet,quibuſcunque verbis vtaris. *3. de orat.*

Quæ eſt figura dictiõis? Eſt geſtus quidã orationis,qui in verbis ſeu in ſitu verborũ cõſiſtit.

Quotuplex eſt huiuſmodi ſchema? Duplex: Grãmaticum & Rhetoricũ. Grãmaticũ voco, de quo Grãmatici tradere conſueuerunt,quod apud illos ĩ locutiõis & cõſtructiõis diuiditur.

Rhetoricũ,de quo apud Rhetores agi ſolet. Da figuras huiuſmodi.

Repetio, Nihil te nocturnũ præſidiũ palatij, nihil vrbis vigilię,nihil cõſenſus bonorũ oĩum,nihil horũ ora vultusq; mouerunt.

Ccnuerſio, Pœnos popu.Rom.iuſtitia vicit,armis vicit,liberalitate vicit.

Com

Complexio: Quis eos poſtulauit? Appius. Quis produxit? Appius.

Copulatio. Ad illum diem Memmius erat Memmius.

Traductio. Cic. pro Mur. Sit deniq; in ciuitate ea prima res, propter quam ciuitas eſt omnium princips.

Articulus, Veni, vidi, vici.

Athamasq; Thoasq;.

Similiter cadẽs, Hominẽ laudas egentem virtutis: abundantem fęlicitatis.

Similiter deſinens, Turpiter audes facere, nequiter ſtudes dicere.

Compar, quum membra cõſtant pari ferè numero ſyllabarũ. In prælio pater mortem oppetabat, domi filius nuptias cõparabat.

Hypallage. Dare claſibus auſtros.

Agnominatio, Incepio eſt Amentium, non Amantium.

ſuperiori vicina. Amari iucundum eſt ſi curetur ne quid inſit amari.

Eclipſis. Egò ne illam, quæ me quę non?

Reticentia ſeu pręciſio, Quos ego? ſed motos pręſtat componere fluctus.

Figurę Sententiarum.

Interogatio. Quouſque tandem abutêre Catilina patientia noſtra?

Subiectio. Quid igitur, peccabimus, quia non ſumus ſub lege? non.

Exclamatio. O tempora, ô mores.

Dub

Dubitatio, Vtrùm difficilius aut maius eſſet negare tibi ſæpiùs idem roganti, diu multumq; Brute, dubitaui.

ſeu inopitatum. Nunquàm credidi fore Iudices, vt reo Scauro ne quid in eius iudicio gratia valeret, precarer.

Dici non poteſt, quantum me literę tuę delectauerint.

Communicatio. Cedò, ſi vos eo loco eſſetis, quid faceretis aliud?

Huic vicina ē cōmemoratio tacitę opiniōis Iudicū, vt ꝑ Milō. Eius igiť mortis ſedetis vltores, cuius vitā ſi putetis ꝑ vos reſtitui poſſe, nolitis.

Vicina eſt Permiſsio, quum quædam iudicibus, aut aduerſarijs æſtimanda relinquimus.

Pręterito Non dico te ab ſocijs pecunias accepiſſe.

Auerſio Vos enim iam Albani Tumuli atque Luci.

Licentia Pro Sex. Roſ. Iccircò ne experrecta nobilitas armis atq; ferro Rempublicam recuperauit, vt ad libidinem ſuam liberti ſeruuliq;, nobilium bona, fortunas noſtras, veſtraſq; vexare poſſent?

FIGVRAE AMPLIFICATIONIS.

QVę ſunt amplificationis figurę? Quæ nō ad ornandam tantùm orationem, ſed augendam etiam adhibentur.

Vnde oriūtur hæ figurę? Quū omnes figurę ſentētiarū, tū eæ potiſsimùm, quę orationē augent

gent,ex locis dialecticis oriuntur.

Quę figurę ex definitione naſcũtur?A Debacchari,pro conuiciari; Pro errato,ſcelus; pro hortari, inflammare: Pro ſtolido, Aſinus. Tropi enim hîc denominantur. vel diminutio. Perſtringere pro vulnerare. Pro ſcelere,erratum. Interpretatio Cic.pro lege Ma. Et quoniam ſemper appetentes glorię atq; auidi laudis fuiſtis.

Expolitio,quę eandẽ ſententiam cõmutatis verbis explicat. Definitio, Nõ eſt fortitudo,ſed temeritas ſine honeſta ratione audire pericula.

Quæ ex diuiſione?Diſtributio Cicero pro Arch.Hęc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant,ſecundas res ornant. diſſolutum. Iudices partim gratiâ, partim pecunia corrupti ſunt.

Cõgeries Salu.aius audax.ſub dolus varius cuiuslibet rei ſimulator & diſsimulator

act.7 Incrementum Cic.in Ver.Facinus eſt vincire ciuem Romanũ,ſcelus verberare, propè parricidium necare, quid dicam in crucẽ tollere?

Quæ ex cauſis Iure repetit Archias fructũ meorũ ſtudiorũ:Sequitur quia fuit mihi adiutor ad ſuſcipienda hęc ſtudia. ratio ab officio. Quanquam eſt amicus,tamen amicitię anteferenda eſt veritas. neceſsitas. Annibal apud Liuiũ, Illis timidis & ignauis eſſe licet,qui receptũ habent; vobis neceſſe eſt fortibus viris eſſe, quibus ad effugium nihil eſt reliquum.

Tranſlatio, quum cauſa transfertur in locum digniorem, aut magis pro futurum dicenti, vt pro Mar. Tueri vitam Cæſar debes, ſi non tua cauſa, at Reipublicę. Color pro babilis facti ratio. Terentius in Phormione: Poſtquàm ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata proloqui: ita eum tum timidum obſtupefecit pudor.

Calumnia, qua rectè dicta aut facta deprauātur, vt Phariſęi Chriſtum communi more viuētem, vini potorem vocabant.

Gradatio Africano induſtria virtutē, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit.

Ex contrarijs.

Contentio Inimicis te placabilē, amicis inexorabilem prębes.

Cómutatio Cice. de leg. Vereq; dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquētem, legem autem mutum magiſtratum.

Inuerſio. Sepelijſti, igitur occidiſti: imò ſi occidiſſem, non ſepelijſſem.

Communicatio Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet.

Correctio Cic. pro Milone: Quas ille leges, ſi modò leges nominandę ſunt, ac nón faces vrbis.

Reiectio.

Occupatio ſeu pręſumptio Pro Arc. Ac ne quis à nobis hoc ita dici miretur, quòd alia quędam in hoc facultas ſit ingenij.

Conceſsio . Pro Cluentio, de inuidia, Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Huic vicinę ſunt apud Fabium.

Confeſsio. Pro Liga. Habes igitur Tubero quod eſt accuſatori maximè optandum, confitentem reum.

Conſenſio. In Verrē: Gaudeo etiā ſi quid ab eo abſtuliſti, & abs te nihil rectiꝰ eſſe factū dicō.

diſtinctio apud Fabium. Veritas premitur, non opprimitur.

oppoſitio ſeu obiectio, &

Latinè compenſatio. Cicer. Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis.

EX SIMILITVDINE.

HVc pertinet Cōparatio, quę pars eſt Amplificationis lōgè potētiſsima: nā quę propriè ſimilitudo dicitur, magis ad ornādū & illuſtrandum quàm ad augendū & exaggerādum adhibetur. Latiſsimè autem hęc figura patet. Nam paria cum paribus, minora cum maioribus, maiora cum minoribus conferuntur.

Pertinēt etiā huc exempla, quę item triū sūt generū. Ad hęc Apologi, parabolę, imagines, proſopopœię hoc eſt, perſonarum fictiones, & ſermocinationes, quę Græcè quorū omnium exempla longum eſſet commemorare, & vbiq; obuiàm ſunt, & facilè cognoſcuntur.

A GENERE.

SEntētia generale quoddā pnūciatū de moribus, aut de vita cōmuni. Nihil ē tā

popularе

populare quàm bonitas. Obſequium amicos, veritas odium parit.

Epiphonema, Acclamatio, Sētētia in fine alicuius ꝓbationis aut narrationis addita, amplificationis cauſa: Tātę molis erat Romanā condere gentē. Adeò à teneris aſſueſcere multū eſt.

Noëma, alluſio eſt ad ſententiam. Ouidius, Fortisq́; viri tulit arma diſertus.

EX SIGNIS ET CIRCVMSTANTIIS.

SIgna antecedentia ſunt, cōſequentia, & adiuncta, quę adhibentur ad amplificandum & extenuandum. Dido apud Vergilium:

Num fletu ingemuit noſtro, num lumina flexit,
Num lachrymas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt?

Ex circūſtātijs naſcitur Latinè ab alijs ſubiectio, ab alijs deſcriptio. Sic deſcribit Cice. Milonem pugnantem cum Clodio. Huc ꝑtinēt affectus, exclamatiões, dep̄catiões, vota, ominationes, quorū exēpla paſsim obuia (ſunt.

Tranſitio ad ordinē pertinet. Verg.

Hactenus aruorum cultus & ſidera cœli,
Nunc te Bacche canam.

Parentheſis, interpoſitio vel intercluſio.

Finem qui quæris amori, (Cedit amor rebus) res age, tutus eris.

DE COMPOSITIONE.

FIguras & ornamenta verborum atq; ſentētiarū paucis indicauimus: ſed qm̄ ad Elo-

ordo verborum: vt, Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras.

Quæ eſt compoſitio Rhetorica? Ea eſt quæ vinculis quibuſdam orationem cōnectit, & numeris extrema metitur.

Quibus igitur in rebus hęc compoſitio poſita eſt? Duabus: Periodis, & numeris.

Quid eſt Periodus? Oratio quę plenā aliquā atq; abſolutā ſentētiā apta aliqua particula, potiſsimùm rationali aut cauſali, cōnexis inter ſe partibus, cōprehēdit, vt ꝓ Au. Cecinna: Si quātū in agris locisq; deſertis audacia poteſt: tm̄ in foro atq; iudicijs impudentia valeret, non minùs in cauſſa cederet Au. Cecinna Sex. Ebutij impudentiæ, quā in vi facienda ceſsit audaciæ.

Quę ſunt Periodi partes? Cōmata, hoc eſt, Inciſa, & Cola, quę Latini membra vocant.

Quid eſt inciſum? Orationis pars nondum quicquam abſolutè ſignificans. Et ſi vereor Iudices, ne turpe ſit.

Quid eſt membrum? Orationis pars abſolutè aliquid ſignificans, ſed iuſtam nondū Periodum efficiens, vt: Etſi vereor Iudices, ne turpe ſit, pro fortiſsimo viro dicere incipiētē timere.

Sempérne Periodis vtendū eſt? Non. Periodi enim ī ꝓœmijs potiſsimùm, locis cōmunibus, amplificationibus & epilogis locū habēt. Vehemētes autem affectus, & acriores pugnę crebis inciſis & mēbris efferuntur, tū narrationes aut membris conficiūtur, aut laxioribus Periodis.

Quid

tiùs quàm ſubſtantiuo, aut certè vt altera ex poſtremis dictionibus polyſyllaba ſit. Deinde vt hic finis conſtet ex mixtura longarum & breuium ſyllabarum, dominantibus ferè longis, Ad-miυni-ſtran-dum. Con-ſi-deυraυte. De-feυre-ba-tur. Di-miυca-re-tis. mo-reυdi-cendi. Lu-ceυver-ſa-ri, aut ęquali temperatura longarum & breuiũ, eſ-ſeυviυdeυa-tur. Ex ego genere eſt Dochimus quinq; ſyllabarũ, qui quouis loco, vt inq̃t Cicero, aptus eſt, Aυmi-cos-teυnesoccurrit hic apud Ciceronem in fine nonnunquam, ſic vt prima ſyllaba vltima ſit pręcedentis dictionis quam longa pręcedat, conſiliυo-queυde-du-ciυtur. natu-raυ de-ſi-deυrat. ſentẽtię-queυ cō-gnoſceυret. Rariùs autẽ fit vt minẽtur breues. Deυeſ ſeυ pooteſt-, proυhiυ buυe-runt.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

F.O